



**Regularvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac  
Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla LXXX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](#)

scriptio, in 5. par. v. partis princip. quæst. x. Anto. Baueriam in d. ru  
bri. de testam. num. 11. Et quando lex tollatur per non usum, vide  
ultra loca ordinaria Matth. de Affl. in tract. de iure protomiseos,  
c. j. §. scriptum, in j. notab. ad finem.

7 Amplia seprimo, vt non solum non debeant obseruari, verum et  
quod allegari non debeant, nec ex eis arguendum sit. l. fin. & ibi  
Bar. ff. de fur. Arch. in c. frequens. de rest. spoli. in 6. gl. in c. nouit. in  
verbo quicunque. de iudi. & ibi docto. Quam ampliatione limita  
7. modis, vt per Socin. in regu. ccxxx. Alias 7. limitationes ponit  
Mar. Anto. Baueria in allegata ri. Inst. de testa. nu. 9. Alias ponit  
Feli. in c. de constit. & in c. fraternitatis. de hære. nu. 2. vbi ponit  
4. limit. ad hanc ampliationem. Ias. etiam in §. in personam nu. 18.  
Institu. de act. & ibi Gomez. nu. 17.

8 Amplia octauo, vt procedat in tantum quod illa qui vtitur consti-  
tutione abrogata vel lege incidat in penam falsi. Probat text. in  
l. si. iuncta gl. j. abi. & ibi Bart. ff. de fals.

Quam octauam ampliationem limita primo, quando ex talis  
allegatione legis nemini fieret præjudicium. Ita declarat Gome. in  
d. §. in personam. nu. 17. Instit. de act. facit tex. in l. damnum. C. de  
fals. qui probat, qd falsum nemini nocens non est punibile. Circa quam  
1. vide eundem Gome. in §. ex maleficiis nu. 18. instit. de actio.

Secundo fallit supra dicta ampliatio, vt non procedat quando ta-  
lis allegatio fieret sine dolo, quia ex ea quis non punitur criminis  
falsi. Tenet Gome. in d. §. ex maleficiis. nu. 19. facit tex. in l. neq;  
exemplum C. de fal. vbi probatur, qd falsum quod committitur sine  
dolo non est punibile. & ita tenet Bar. in l. quid sit falsum. ff. de fal.  
Io. de Imo. in consi. 31. nu. 2. & in consi. 104. nu. 1.

9 Porro supradictam principalem regulæ limita primo, quandocum  
quæ lex vel Canon. correctus, esset correctus in parte, & non in to-  
tum: quia in parte non correcta seruari debet. Ira concludit. Decis.  
in c. j. in j. leg. nu. 37. de constitu.

### REGULA LXXX.

CANONICI ecclesiarum Cathedralium ad Synodum Episcopi non tenentur venire: quia Canonicatus dicitur simplex bene-  
ficium, & Canonicus dicitur simpliciter beneficiatus, ut no. Panor.  
in c. nouum genus. nu. 8. de decim. Hanc regulam ponit Henr. Bo-  
thæus. in tract. de Synodo episcopi, in 2. par. nu. 22. Pro qua regu-  
la facit, quod no. gl. ibi Card. in 3. nota. nu. 2. & Abb. notab. j. Fel.  
nu. 1. in c. quod super his, de maio. & obed.

Amplia primo, non solum procedere in Canonicis ecclesiarum ca-  
thedralium, verum et in canonicis ecclesiarum collegialium, cum non  
solum isti canonicci ecclesiarum collegialiū dicātur habere similia be-  
neficia, sed etiā dicuntur clerici secundi gradus. Secundum Domi. de  
S. Gemin. & Car. Alex. in c. epis. 17. dist. nu. 3. cū valeat argumen-